

5
22
IN IGNE DIVINI AMORIS
ÆTERNITAS IMPERII

SEV 34-7-B-19-

ORATIO
DE
S. SPIRITVS
ADVENTV:


Habita in Sacello Pontificio :

AD SANCTISSIMVM D. N.
INNOCENTIVM XI.

PONT. MAX;

DICTA
AB ALEXANDRO ALDOBRANDINO
FLORENTINO.

Scm. Rom. Conuict.



Romæ, Typis Francisci de Laz. fil. Ignatii 1686.
Superiorum Permissu.

IN IGNE DIVINI AMORIS
AETERNITAS IMPERAT

SEV

ORATIO

DE

S. SPIRITVS

ADVENTV

AD SANCTISSIMUM D. N.

INNOCENTIVM XII.

PONT. MAX.

AB ALEXANDRO ADOBANDINO

FLORENTINO.


Seco. Rom. Curiae



Roma, Typo. Franc. de S. Pauli 1785



SANCTISS. D. N.
 INNOCENTIO XI.
 PONT. MAX.
 ALEXANDER ALDOBRANDINVS
 FLORENTINVS
 FELICITATEM.



Divinæ Charitatis Imperium Tuum videlicet est, Beatissime Pater, qui profectò dedignareris imperandi potestatem, tanquam miseriam servitutem, nisi tecum virtutibus tuis et actibus tuis.


tutes omnes imperarent . Vnde autem magis pateat illas omnes in tuo folio federe , nisi quòd earum Reginam perpetuò vocas in partem curarum ? Tuo ore Charitas loquitur , dum saluberrimis legibus scelera compefcis . In amore tibi nos effe veluti parentibus filios , facile credimus , quia vitia noſtra caſtigantur ; minùs enim irascereris , ſi minùs amares . Hæc in amantiffimo Principe præſtantior eſt ſignificatio Charitatis irafci cum vitijs , & tegere amorem ſub ſpecie ſeueritatis , & ita demùm facere dignos , vt amemur . Tua manu Charitas eadem regit orbem terrarum ; nam quàm manu Charitas meliùs imperet , quam eà ipſa , quæ perpetuò beneficia diffundit ? Actum profectò de nobis erat : niſi benefica tua dextera muneribus , & auto comprefſiſſet ferrum , & arma barbarorum ; ſed quid non valeat manus armata beneficijs ! Poſtquam didicit à te aurum parere virtuti , timent ſcelera diuitias , quas priùs amabant ,
quod

quodque olim fuerat irritamentum malorum omnium, diu purgatum est in igne Charitatis tuæ, ut fieret salus populorum. Ignis ille terribior est hæresibus, & superstitioni, quam supplicia Inferorum; in his enim scelera licet continuo morientia, viuunt tamen, at igne tuo paulatim fiet, ut superesse non possint. Quam proinde feliciter ardet Germania, ardet Polonia, ipsam quoque ardet Adriaticum Mare victricibus flammis, quas contra Turcarum barbariem accendisti: Ardet Gallia, ardet Britannia Regibus suis; quos contra perduelles hæreticos inflammasi! secunda victoria est, ubi diuina Charitas contra furorem, & feritatem dimicat, non enim Charitas diuina esset, si à furore, aut feritate vinceretur. Ardet vniuersa demum Europa, quæ phænicis in morem reueuiscit inter incendia tuæ Charitatis, laudatque beneficas flammis, quæ sola vitia consumpserunt. Ignis iste tam immensus aternitatem tuo pa-

riter , & Charitatis Imperio portendit :
 Mitto igitur augurari Tibi Immortali-
 tatem illam , quam fœcundis annorum
 virtutibus tibi iam effecisti : Nullus in-
 te superest augurijs locus , in quo sum-
 ma sunt omnia . Vnum rogo , vt inter
 tributa triumphorum , quæ tibi Christia-
 nus orbis continuò defert , oratiuncula
 meæ tenuitatem non asperneris : adum-
 brauit illa Charitatis imperium , quod
 ipse moribus meliùs representas ; Non
 igitur valdè sollicita ad te , tuorumque
 pedum osculum accurrit , vel quia su-
 perbiam fumit , eo quod locuta de te
 videri poterit , vel quia tenuiora pluri
 æstimari scit in Imperio Charitatis .



ORATIO.



Inimæ Charitatis Imperium, B. P., igne suo celestis Amor auspicator. Ideò singulorum verticem Apostolorum illustravit corona flammarum; nullo enim aptiore diademate novi Principes poterant insigniri, quam eà ipsà, quà terrarum orbem tubaſturi erant, flammà. Tam amabilis imperij


diademate novi Principes poterant insigniri, quam eà ipsà, quà terrarum orbem tubaſturi erant, flammà. Tam amabilis imperij

perij solium Amoris eiusdem opificio excitatur in capite, vt vna sit sapientiæ sedes, & regia charitatis: tam enim insipienter imperatur sine sapientia, quam sinè charitate. Nequis autem ruiturum putet imperium, quod charitate suffulsum est, certum veluti pignus æternitatis Amoris diuini flamma succenditur.

Omnia quidem Imperia terrarum in omen perpetuitatis suæ flammam esse voluerunt. Persæ Magis, Græci Matronis, Romani virginibus ignem custodiendum tradidere: visa est enim potestas perpetuò cum cælo victura, si ad similitudinem cælestium siderum custos imperij flamma vigilaret. Verùm vt omnis alius ignis præterquam Charitatis suamet voracitate facile perit, ita sua ipsa cupidine ruit ad interitum ambitio regnandi, quæ cum hostes omnes defuerint, omnium loco sibi hostis est, iisque secum artibus pugnat, quibus alios subegit, Diuitiarum numero Persæ præstiterunt, at secum ipsis experti sunt aurum tanto crudelius ferro, quanto pretiosius, Græci sapientia coronam adepti sunt, at eos suæ litteræ occiderunt, cum pro bellis otia sectarentur. Armis Romani de potestatis æternitate contenderunt, at plures à se ipsis, quam ab hostibus clades ac-

ceperunt, quasi ad exitium suum per aliena damna prolusissent. Usque adeo distant ab arte perpetuo vivendi artes humanae, dum ad hanc usque diem nulla extitit, quae se non euerteret per ipsa aeternitatis incohamenta. At profecto immortalitatem Imperij, cuius spem apud ethnicos supersticiosus ignis eludit, nunc firmissima fide pollicetur multiplices dispersita per linguas flamma charitatis, eademque corona regni fit, & obses aeternitatis. Ex quo hic ignis inflammavit Apostolos, ut mare dediscerent inter flammam, & ex piscatoribus fierent imperatores animorum, nunquam extinguetur, habet enim uberrimum terris alimentum, quia poenis pascitur, & omni genere malorum. Profana regna pessime corruerunt, quia male ruinis alienis innitebantur, sed aeternum stabit imperium, quod ad omnium incolumitatem charitate fundatum, atque stabilitum est: Quos enim hostes habeat, si cunctos dedocet odisse. Quos timeat? si praestat amando, ut nihil timendum sit? Quos vincere non possit, si beneficijs utitur tanquam armis? Dicatur sane fortis, ut mors dilectio, quoniam altera vitae, altera imperat aeternitati; nec facile dixeris, utra sit magis inexpugnabilis, quoniam pariter utriusque potestas

stas ijs cladibus erigitur, quibus humana
 semper imperia ceciderunt. Opponite mul-
 titudinem inimicorum: An non par vniver-
 sis erit vel vnius viri virtus, quem charitas
 desiderio vulnerum armabit? tam facile
 vincitur, vbi velle vinci victoria est. In-
 gerite paupertatem, & damna: An non
 palmas augebitis? totum enim in nudita-
 te robur est charitatis, quæ nuda sit, oportet,
 vt appareat; & apparendo triumphet.
 Multiplicate vulnera, & mortes: An non
 Charitas tunc magis imperabit, cum plu-
 res pro charitate mortem subire non re-
 cusabunt? Profecto tot exercitus illius im-
 perio crudelissimi tyranni addere videbun-
 tur; quot acerbissimis supplicijs addicent
 fortissimos Charitatis propugnatores. Eius
 enim imperium vitis in morem per sua vul-
 nera palmites latissimè protendit, & per
 lacrimas suas proludit ad gemmas, & ele-
 ctra iucunda racemorum. Nulla igitur ad-
 uersitas accensas hodie flammæ extinguet,
 quæ si omnia desint, omnium inopiam sibi
 vertent in alimentum: nullis euectetur in-
 fortunijs imperium charitatis, quæ ne vllò
 tempore regnare non possit; maximam re-
 gni sui partem sortitur in seruitute. Vt
 queadè manifesta est in Igne: Diuini A-
 moris Aeternitas Imperij.



Imprimatur ,

Si videbitur Reuerendiss. Patri Sac. Pal:
Apost. Magist.

Io. de Ang. Arch. Urb. Vicesg.

Imprimatur .

Fr. Dominicus Maria Puteobonellus Sac:
Apost. Pal. Magist.

